

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Prophetarum oracula.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

In sacrificiis cur mel prohibetur. nus miremur, si, qui longo post tempore successit, Plato quoque Musas sui temporis meretriculas appetellavit. Preceptum vero, uti paulo ante dicebamus in Divinis literis, ne quicquam mellis in sacrificium Domino adoleatur, sed in munus primitiae ejus offerri possint. Præcipit enim ex parte illius sapientia primitiae offerri, non autem plenius ea uti: quippe ut fides nostra non in sapientia hominum confundere videatur, sed in virtute Dei, ut Paulus in priori ad Corinth. epist. Ea vero de causa mel, ut ait Eucherius, in sacrificiis offerri prohibebatur: quia resoluti blandimentis deliciarum, aut dulcedine voluptatum, non possunt mysteriorum Dei esse participes. Hinc Pascha Domini comedendum amaritudine jubetur, quia sit semper austera districcio veritatis.

DE VITÆ DULCEDINE AMARITIES. CAP. XI.

Atingemus ea quoque, quæ complexu rerum possint in orationem obsolutam coalescere: ut quis amaritudinem aliquam, aut infortunium, quod anteacta vita suavissimum otium & tranquillitatem exasperet, per hujus generis hieroglyphica explicare voluerit: non alia congruenter pictura signove utetur, quam figurato mellis favo, de summo cuius absinthium pullule, herbanum amarissima, quod quidem Lucretianum illud sapere videtur, quod in nostra vita conditione frequenter occurrit.

*Lib. 4.
Sic Plato in
Philebo,
μελοντα
καισιριν-
τεις αιτ αμ-
ρο dulce ad
mixium,
αιτ γανω-
πηγη, dulce
amarum à
Cicer. ad
Attic. epist.
lib. 3.*

— Medio de fonte leporum
Surgit amari aliquid, quod in ipsis floribus angat.

POPULARIS FUGA. CAP. XII.

Commenti sunt nonnulli popularem fugam per examen Apum, & subjectum fumum indicare. Quandoquidem Apes nulla re magis conseruentur, in fugamq; vertantur, quam fumo supposito. Atque hac similitudine utitur Apollonius Argonautis, in describenda Bebryciorum fuga, simulacrum interemptum Amycum conspexere.

OBORTUS IN MOESTITIA LEPOS. CAP. XIII.

Sed longe suavius illud est, quod per Apes ex cadaverosi Leonis ore prodeentes innuitur. Pingi potest hoc ubi quis aut à detractoribus male habitus, insigniorem fuerit existimationem affsecutus, aut inimicorum contumelias affectus clarius evaserit, aut ex illatis injuriis creverit. Mordacissimus est enim Leo violentus, & ferox. Apes vero in ejus faucibus mellificantes, prospera & suavia quæ subsequuntur indicant. Verum historia vetus ansam huic hieroglyphico subministravit, quippe Samson Danidanus tribulis, cum in ferociissimi Leonis occurrsum illapsus esset, ultro bellum adortus eam strangulavit, peremptamque ex publica via in sylvam proximam pertraxit, eamq; ibi in obscondito reliquit. Paucis vero post diebus projecta belluae cadaver invisurus eo rediit, ubi mira res oculis objecta est: nam frequens Apum examen in tabidis ejus faucibus favos fabricare occuperant. Unde illi postea questionis argumentum sicut, quam Pelister & juventuti dissolvendam propofuit. Qui dixerit posset, at truculenta immanisq; res, eademq; voracissima suavissimum ex ore cibum erogare? Quis quidem questionis historiam solius uxoris silentio crediderat, ejus fidem & taciturnitatem exploraturus. Hinc illa mox medio convivio, ob rem ab uxore proditam, exclamatio Samsonis plena cerbitatis exaudita Nibil efficiemus fallacius.

PROPHETARUM ORACULA. CAP. XIV.

*Prophetæ
Apes dicit
Psal. 19. Et
119.*

Minime vero prætereunda sunt etiam alia, que sacris nostrorum literis traduntur: *Quam dulcis
faucibus meis eloquia tua! super mel & favū ori meo.* Et alibi: *Judicia Dei dulciora super mel & favū.* Omnis enim Prophetia suaves coelestis doctrinæ favos, & dulcia diuinæ eloquii mella componit, Et Debora



A Debora libro Judicū Prophetia particeps facta, Apis interpretatur, ut ait Adamantius. Et omnes de-
nique Prophetia sub Apis nomine comprehenduntur, earumq; favi ea sunt oracula quæ literis man-
davere. Atque hoc est bonum illud mel, quod comedere jubemur. Quicumq; enim oracula ea divina
meditatione complectitur, scriptis vatum nostrorum sermonibus alitur & recreatur, is mandatum *Esa. 7.*
illud divinum exequitur, quo præceptum est, *Comede mel, fili, bonumq;* id esse re ipsa protinus expe-
titur. Quod autem de Assertore nostro prædictum est, *Mel comedet*, mel hic Adamantius nostra de
virtute colloquia significare proficitur. Quotiescunq; de abstinentia à voluptatibus, de domitan-
da nequitia, de iustitia, de prudentia ex animo differimus, sermonis istiusmodi suavitate libentissi-
me pascitur Deus, hosq; liquores assidue sitibundus inquirit, cui si nequit, si puerilinitatis, si
feelerum & stultitiae amarulenta pocula propinaverimus, gustum ut offensus refugit, & ut fel odio-
sum aversatur.

CONCORDIA. CAP. XV.

B ET quia moris erat infantes à lavacro suscepitos lactis & mellis gustu plurimum imbuere, nonnulli
hoc ad concordia significationem factum autem, Tertulliano ita dicente: *In defensione la-
ctis & mellis concordiam preguamus*. D. etiam Hieronymus adversus Luciferianos de hac ipsa re in
hunc modum: *Nam & multa alia, quæ per traditionem in Ecclesiis observantur, autoritatem sibi scriptæ
legi usurparunt, ut in lavacro ter caput mergitare, deinde egressa lactis & mellis preguare concordiam*.
Id tametsi faciunt jam adulti, quandam tamen infantia significationem præ se ferunt. Fuit vero ali-
quibus mos, ut loco mellis, vinum cum lacte propinaretur. Nam apud occidentis populos diu ob-
servatum est, ut tincis sacro lavacro ad ejusmodi innocentia, quæ præcipua est in parva ea statuta;
similitudinem quandam, vinum & lac tribueretur. Eoq; Tertullianus Esaie dictum trahit: *Venite, Esa. 55.
emite, absq; argento, & sine commutatione, vinum & lac*.

CASTITAS. CAP. XVI.

INCORRUPTAM ad hæc virginitatem, & castum animi propositum per Apes significari id argumento *Apes Vene-*
est, quod ipse homines à coitu olidos acriter oderunt, & ut Plutarchus Conjugalibus præceptis *ris inimica-*
ait, Apes eos male accipiunt, qui recentes à mulierebri copula superveniant, sed mulieres, quæ Veneri
operam dederint acrius invadunt, quicq; vel vinum potum, vel unguenta oleant. Nam & maro eas
ignorare Venerem his verbis attestatur:

Illum adeo placuisse Apibus mirabere morem, Verum ipse foliis natos, & suavibus herbie Georg. lib. 4

Quod nec concubitu indulgent, nec corpora segnes, Ore legunt.

In venerem solvunt, aut fortis nixibus edunt,

Hinc Pythii ait Pindarus, οὐ τέτω λόγῳ χειρούδος ὄργανος μελοσεῖ, quo loco interpres subiect: *Proprie quidem Apes sacras Cereris ministras appellavit, improprie vero omnes alias, propter animalis*
*puritatem. Nam & alibi sacræ cam Apibus delectari dicit. Alii Nymphas sacrificiorum presides ap-*pellari tradiderunt. In Divinis quoq; literis Apem virginitatis imaginem esse dicit Eucherius, nulla*
*tamen causa reddita: quia scilicet eam satis ex Marone cognitam arbitraretur.**

ADULATOR. CAP. XVII.

D VERUM aliud ex Ape, hirographicum idem ponit Eucherius, nempe simulacrum eam esse adul-
toris: utpote quæ mel in ore habeat, in occulto caudæ spiculum, atque ita homines qui lingua obicitus D.
blandiuntur latenter vero feriunt, significare: loquendo enim mellis dulcedine proponunt, re vero *Uttomelle II-
tis gladiat, Auguſtino, & D. Hiero-*
Plin. lib. 11. c. 10. Apes cefanum inertiam notant, ca-

ULTIO. CAP. XVIII.

N Eque defuerunt veteres Theologi, qui Apem ultionis & iracundiae signum in Divinis literis *Uttomelle II-
tis gladiat, Auguſtino, & D. Hiero-*
esse dicent, citatis ex Esaia & Davide locis: *Et Apis que est in Affur.* Et, Circumdeverunt me *Plin. lib. 11. c. 10. Apes cefanum inertiam notant, ca-*
sicut Apes. *fligant max. & pu-
niunt morte.*

ARTIFICIUM. CAP. XIX.

N AM illud, quod Salomon ait: *Vade ad Apem, & disce ab ea, quam laboriosa sit operatrix, unicuique manifestum est artificii sedulitatisque illam, esse hieroglyphicum*, Virgilio præsertim naturam *Ibid. Plin.*
Rr 2 *eius*